

ratio suasit, ut his, qui [bona² fide] in possessione libertatis per viginti annorum spatium sine interpellatione morati essent, prescriptio aduersus inquietudinem status eorum prodesse debat, ut et liberi et cives romani fiant. — Dat. kal. Jul. *Antiochiae*, CONSTANTINO⁴ et MAXI-
MIANO² CONSS. 302.

3. Exemplum sacrarum litterarum CONSTANTINI et LICINII AA. ad Dionysium vicarium prefecturam agentem.

Sola temporis longuitate⁵, etiam sexaginta annorum curricula excesserit, libertatis jura minime mutilari oportere, congruit aequitati. — Dat. 4 kalend. Maji, VOLUSIANO et ANNIANO CONSS. 314.

TIT. XXIII.

DE PECULIO¹ EJUS QUI LIBERTATEM MERUIT

1. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. Rufino.

Longe diversas causas eorum, qui a superstitionibus manumittuntur, item illorum, quibus testamento libertas relinquitur, esse dissimilares non debueras: cum superiore quidem casu concessum tacite peculum⁵, si non admiratur: posteriori vero, nisi specialiter⁵ fuerit datum, penes successores remanere, juris sit evidentissimum.

TIT. XXIV.

DE SENATUSCONSULTO¹ CLAUDIANO TOLLENDO.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Hermogeni magistro officiorum.

Cum in nostris temporibus, in quibus multos labores pro libertate subjectorum sustinuimus, satis esse impium credimus, quasdam mulieres libertate sua fraudari, et quod ab hostium ferocitate contra² naturalem libertatem inductum est, hoc ad libidinem nequissimum hominum inferri: Claudianum senatusconsultum, et omnem ejus observationem circa denunciations³, et judicium sententias conquiscere in posterum voluntus: ne [ea] que *libera* constituta est, semel decepta, vel infelici cupidine⁴ capta, vel alio quoque modo contra natalium suorum ingenuitatem deducatur in servitutem, et sit pessimum dedecus⁵ cognitionis sue fulgori: ut que forsitan decoratos dignitatis habeat cognatos, haec in alienum cadat dominium, et dominum perimescat forsitan cognatos suis inferiorem. Quod et in *liberis*, observari oportet: semel enim libertate potuisse, per tale dedecus in servitutem deduci, religio temporum meorum nullo patitur modo. Sed ne servi, vel *adscripti*, putent sibi impunitum esse tale comamen (quod maxime in *adscripti*⁶ adserendum est, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excoitalis, paulatim hujusmodi hominum conditio decrescat) sanctius, si quid tale fuerit, vel a servo, vel *adscripti* perpetratum, habere liberam potestatem dominum ejus, sive per se, sive per prasidem provincie, talem servum, vel *adscripti* castigatione competenti corrigere, et abstrahere a muliere tali. Quod si neglexerit: sciat in suum damnum hujusmodi desidiam reversuram.

TIT. XXV.

DE NUDO JURE QUIRITUM TOLLENDO.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

Antique subtilitas ludibrii per hanc decisionem expellentes, nullam esse differentiam patimur inter dominos, apud quos, vel nudum *ex jure Quiritum* nomen, vel tantum *in bonis* reperitur: quia nec hujusmodi volumus esse distinctionem, nec *jure Quiritum* nomen, quod nihil aenigmata discrepat, nec unquam videtur, nec in rebus appareat, sed vacuum est et superfluum verbum, per quod animi juvenum, qui ad primam legum venient audientiam, perterriti ex primis eorum cunabulis inutiles legis antique dispositiones accipiunt: sed sit plenissimus et legitimus quisque dominus, sive servi, sive aliarum rerum ad se pertinentium.

2. L. 12, D. de liberali caus. — 3. Add. L. 6, supr. de ingenio; L. 21, infr. de evictionib.
Tir. XXXIII. — 4. Add. Lib. 55, D. 8. — 2. L. 3, D. de manusmis que servis ad univers. de legat.
Tir. XXXIV. — 1. L. 5, Jun. 15, 2. 1. — 2. L. 4, 2. 1. D. de statu hom. N. 79, 1. in fin. pr. — 3. L. 5, supr. de liberali caus. — 4. L. 54, supr. d. — 5. Confer L. 1, L. 2, L. 3, D. d. t. 6. ult. infr. de agricol. et censit.

Tir. XXXV. — 1. Lib. 41, D. 4. — 2. L. 8, infr. h. t. — 3. L. 4, L. 6, L. 7, infr. cod.

4. Add. L. 2, infr. de usucap. pro donat. — 5. L. ult. supr. de reb. alien. non alienand. — 6. L. 4 — 4. Confer L. 1, in fin. D. 4.

TIT. XXVI.

DE USUCAPIONE PRO¹ EMPTORE¹, VEL TRANSACTIONE².

1. Imp. ANTONINUS A. Flaviano.

Mancipa tua si ab eis distracta sunt, qui jus³ vendendi non habuerunt, vindicare ea potes. Nec enim usucapi ab emptoribus potuerunt, cum illicita venditione fortum⁴ contractum sit. — Prid. August. ANTONINUS A. et BAILENO CONSS. 214.

2. Imp. ALEX. A. Marcellino.

Si contra defuncti voluntatem servos, quos propter perfectae artis peritiam heredibus suis defunctus servari testamento praecepit⁵, tutores vendiderunt, usucapi non potuerunt. — Dat. 5 non. Mart. JULIANO 2 et GAI-
PINO CONSS. 225.

3. *Idem*, A. Nepotillæ.

Si matrem ejus, cuius nomine [te] questionem pati dicis, bona fide emptam possidere copisti: etiam si ipsa in causam furtivam inciderit, tamen postea conceptum⁶ apud te partum usucapere potuisti.

4. *Idem*, A. Achilleo.

Venditioni ancillæ⁷ si consensum dedisse diversam partem probaveris: retractando⁸ contractum, quem ipsa ratum⁹ habuit, non auditetur: [sed] et hac probatio cessante¹⁰, si bona fide emptam ancillam a venditore bona fide distractante [longi] temporis spatio usuceperis, intentio proprietatem vindicantis tenere non potest.

5. Imp. GORDIANUS A. Marino.

Si partem¹¹ possessionis malæ fidei possessor vendidit: id quidem, quod ab ipso tenetur, omnino cum fructibus recipi potest: portio autem, qua distracta est, ita demum recte petitur a possidente, si sciens¹² alienam comparavit, vel bona fide emptor nondum implevit usucacionem. Violenter enim possessione amissa, priusquam¹³ in domini potestatem perveniat, usucatio emptori (etsi bona fide mercatus est) non competit.

6. *Idem*, PHILIPPUS A. cum Ccelio collocutus dixit.

Cum sit probatum, rem pignori fuisse obligatam, et postea a debito¹⁴ distractam: palam est non¹⁵ potuisse eam quasi furtivam usucapi. — Sine die et consule.

7. *Idem*, A. et C. Compedi.

Sciens servum alienum contra domini voluntatem venundans, furtum¹⁶ committit. Quod rei vitium priusquam¹⁷ ad dominum ejus revertatur possessio, non permittit usucacionem fieri, licet bona fide possideatur. — Dat. 5 id. febr. CC. CONSS. 248.

8. *Idem*, A. et C. Severo.

Ex causa transactionis¹⁸ habentes justam causam possessionis, usucapere posunt.

9. *Idem*, A. et C. Cajo.

Eam, qui a pupillo¹⁹ sine tutoris auctoritate distractante comparavit, nullum temporis [longi] spatium defendit. Sed si locupletior²⁰ emptoris pecunia factus, post pubertatem occasionem juris ad iniquum trahit compendium, dol mali submovetur exceptione. — CC. CONSS.

TIT. XXVII.

DE USUCAPIONE PRO DONATO¹.

1. Imp. ALEXANDER A. Macedonio.

Sive fuerit dominus, qui tibi loca, de quibus supplicasti, donavit: sive a non domino bona fide donata suscepisti, eaque usucepisti, auferri² tibi quod jure quasitum est, non potest. — P. 3 id. Mart.

2. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. Capitonio

Donantem ancillam alienam⁵ nihil domino diminuere, non est ambiguus juris: furtum etiam contrahere citra voluntatem domini contrectantem⁴, ut ejus r. i. nec usucapo possit procedere. — S. V. id. april. AA. CONSS.

35. pr. D. de usurpat. et usucap. — 7. L. 1, supr. h. t. — 8. L. 5, supr. de obligationib.

Tir. XXXIII. — 1. Add. Lib. 55, D. 8. — 2. L. 3, D. de manusmis que servis ad univers. de legat.

Tir. XXXIV. — 1. L. 5, Jun. 15, 2. 1. — 2. L. 4, 2. 1. D. de statu hom. N. 79, 1. in fin. pr. — 3. L. 5, supr. de liberali caus. — 4. L. 54, supr. d. — 5. Confer L. 1, L. 2, L. 3, D. d. t. 6. ult. infr. de agricol. et censit.

Tir. XXXV. — 1. Lib. 41, D. 4. — 2. L. 8, infr. h. t. — 3. L. 4, L. 6, L. 7, infr. cod.

4. Add. L. 2, infr. de usucap. pro donat. — 5. L. ult. supr. de reb. alien. non alienand. — 6. L. 4 — 4. Confer L. 1, in fin. D. 4.

CODICIS LIB. VII, TIT. XXXII.

3. *Idem*, AA. et CC. Rhodano.

Irritam facere⁵ donationem perfectam nemini licet. Utique hoc verum est, si error⁶ false cause ratione bona fidei non defenditur. Quod et in dominio pro usucapione⁷ querendo servatur.

TIT. XXVIII.

DE USUCAPIONE PRO¹ DOTE.

1. Imp. ALEXAND. A. Taurino.

Res mobiles² in dotem date, quamvis aliena, si sine viito tamen fuerint a bona fide accipiente pro dote accep³, usucapiantur³.

TIT. XXIX.

DE USUCAPIONE PRO HEREDE⁴.

1. *Idem*, A. Theophilo.

Cum pro herede usucapio locum non² habeat: intelligis, neque matrem tuam, cui heres exististi, neque te usu[m]ancipia ex ea causa capere posse. — P. P. 7 kal. Jul. ROMÆ, LÆTO ET CEREALE CONSS. 216.

2. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Maurinae.

Nihil pro herede posse usucapi, suis heredibus existentibus magis obtinuit.

3. *Idem*, AA. et CC. Diodoro.

Opinione falsa⁵ mortis pro herede possessio rerum absentis procedere non potest.

4. *Idem*, AA. et CC. Serapioni.

Usucapio non praecedente⁴ vero titulo procedere non potest: nec prodesse neque tenent, neque heredi ejus potest: nec obtentu velut ex hereditate esset, quod alienum fuit, domini intentio ullo temporis longi spatio absumitur. — Dat. 7 kal. Januar. CC. CONSS. CC. 534.

TIT. XXX.

COMMUNIA¹ DE USUCAPIONIBUS.

1. Imp. ALEXAND. A. Sabino.

Qui ex conducto possidet, quamvis corporaliter teneat, non tamen sibi, sed domino rei creditur possidere, neque enim colono⁸, vel conductori praediorum longa possessionis prescriptio acquiritur. — P. P. 7 kal. April. ALEXANDRO 2 et MARCELLO CONSS. 227.

2. *Idem*, A. Onesimæ.

Jampridem quidem mancipium, de quo supplicas, comparasse te dicis: sed si cogitaveris rem fisci⁵ mei usucapi non posse, respondere te actionibus fisci mei intelligis: nec alias posse [rei] proprietatem obtinere, quam si non ex ancilla fiscalis natum fuisse constiterit.

3. Imp. PHILIPPUS A. et C. Pantino.

Si mala fide servum tuum sciens Antiochus tenuit, intentionem tuam contra successorem⁴ ejus, licet bona fide possidet, propter initii vitium usucapio non absumpsit.

TIT. XXXI.

DE USUCAPIONE TRANSFORMANDA¹, ET DE SUBLATA DIFFERENTIA RERUM MANCIPI ET NEC MANCIPI.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Cum nostri animi vigilancia *ex jure Quiritum* nomen et substantiam sustulerit², et communes exceptions in omni loco valeant: decem vel viginti, vel triginta annorum, vel si quæ sunt aliae majoris ævi, continentia prolixitate: satis inutile est usucapionem in italicis quidem

5. L. 4, in fin. infr. de revocand. donat. — 6. L. 1, pr. D. b. t. — 7. 2 11, Inst. de usucap. Tir. XXXIII. — 1. Lib. 41, D. 9. — 2. Fac. L. 16, D. de fundo dotali. — 3. L. 1, pr. D. b. t. — 4. L. 1, supr. quod cum eo, qui in alieni potest. — 10. L. 1, infr. tit. 10. — 11. L. 5, infr. de longi temp. prescript. — 11. L. 4, supr. de rei vindic. — 2. L. 7, infr. h. t. — 13. L. 4, supr. de rei vindic. — 3. L. 5, supr. de divers. temporal. prescript. — 3. L. 4, infr. de usucap. — 4. L. 3, supr. de probat. — 14. L. 1, supr. h. t. — 15. *Imma* vide L. 5, D. eod. — 16. L. 4, 2 21, D. de usurp. et usucap. — 16. L. 1, supr. h. t. — 17. L. 5, in fin. supr. cod. — 18. L. 29, D. de usurp. et usucap. — 19. L. 27, D. de contrab. usurp. — 20. L. 10, D. de insit. action.

Tir. XXXV. — 1. Lib. 41, D. 4. — 2. L. 1, infr. in quib. causa cessat. — L. 2, L. 7, in fin. D. de action. usurp. et vend. — 4. Confer d. L. 12, supr. de contrab. usurp. — 5. L. 8, supr. de statu definet.

Tir. XXX. — 1. Lib. 41, D. 3. — 2. L. 1, infr. in quib. causa cessat. — L. 2, L. 7, in fin. D. de contrab. usurp. — 3. L. 2, supr. si quis alteri velib. — 5. L. 5, 2 2, D. h. t. — 6. L. 2, supr. cod. — 7. L. 5, 2 1, L. 8, 44, in fin. D. cod. — 8. Arg. L. 7, D. pr. dñe.

9. L. 4, 2 18, L. 22, D. de usurp. et usucap. — 10. L. 1, pr. D. b. t. — 11. L. 1, D. 49, in fin. D. b. t. — 12. L. 13, D. de ad-
quisit. re dom. — 13. L. 5, supr. de probat. — 14. L. 1, supr. de statu definet.

5. *Idem*, AA. et CC. Mennoni.

Cum nemo causam⁹ sibi possessionis mutare possit, proponasque colonum nulla extrinsecus accidente causa excolendi occasione ad inique venditionis vitium esse prolapsum: praeses provinciae inquisita fide veri dominii tui jus convelli non sinet.

6. *Idem*, AA. et CC. Valerio.

Si nulla causa ingressum¹⁰ agrum [vnum] sive vineas, eum cuius ministeri, praes repererit, nec illa prascritio tua interpellatur petiti: restituere tibi possessionem cum omni causa non dubitabit. — S. idib. april. AA. Cons.

7. *Idem*, AA. et CC. Asyntro.

Improba possessio¹¹ firmum titulum possidenti praestare nullum potest. Unde ingredientem in vacum¹² possessionem alieni fundi non consentiente domino, vel actore, qui ejus rei concedendae potestem habuit, causam justam possessionis adipisci non potuisse certum est. — P. P. 5 idib. decemb. AA. Cons.

8. *Idem*, AA. et CC. Cyrillo.

Per procuratorem utilitas causa possessionem¹³, etsi proprietas ab hac separari non¹⁴ possit, dominum¹⁵ etiam queri placuit. — P. P. 18 kal. Mart. Sirmii, CC. Cons.

9. *Idem*, AA. et CC. Sergio.

Nec ex vera venditione possessionem, quam non fuerat emptor adeptus, improbe retinere potest¹⁶: ac multo minus is, qui adseveratione falsa velut emptor, cum sine obligatione pignoris pecuniam mutuo dedisset, fundum irrumpens alienum, retinendi justam causam habet. — P. P. 3 non. april. Sirmii, CC. Cons.

10. *Imp. CONSTANTINUS A. ad Maternum.*

Nemo ambigit, possessionis duplicitate esse rationem: aliam, quae jure consistit; aliam, quae corpore: utramque autem ita demum esse legitimam, cum omnium adversariorum silentio, et taciturnitate firmatur: interpellatione vero et controversia progressa, non posse eum intelligi possessorum, qui licet [possessionem] corpore teneat, tamen ex interposita contestatione¹⁷, et causa in iudicium deducta super iure possessionis vacillet ac dubitet. — P. P. 11 kal. februar. *Triber*, *VOLUSIANO ET AXIANO* Cons. 514.

11. *Imp. ARCADIUS ET HONOR. AA. Petronio vicario Hispaniarum.*

Vitia possessionum¹⁸ a majoribus contracta perdurant: et successorem¹⁹ auctoris sui culpa comitatur. — Dat. 5 kal. Januar. *CESARIO ET ATTICO* Cons. 597.

12. *Imp. JUSTINIAN. A. Joanni P. P.*

Ex libris Sabinianis questionem in divinas nostri numinis aures relata tollentes, definitius, ut sive servus, sive procurator, vel colonus, vel inquilinus, vel quispiam aliis; per quem licentia est nobis possidere, corporaliter nam possessionem cuiuscunq[ue] rei dereliquerit²⁰, vel alii prodiderit, desidia forte vel dolo, ut locus aperiatur alii eandem possessionem detinere: nihil penitus domino prejudici generetur: ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat: sed et ipse, si libera conditionis est, competentibus actionibus subjugetur: omni jacture ab eo restituenda domino rei, vel ei, circa quem negligenter vel dolose versatus est. Sin autem needum sub manibus procuratoris, vel coloni, vel inquili, vel servi possessione facta est, sed ipse eam accipere desidia vel dolo supersedit, tunc et ipse qui eum transiit, ex mala sua electione prejudicium circa eam possessionem patiatur, ex memoraturam personalium vel machinatione, vel negligenter accedens. Hoc etenim tantum sancimus, ut dominus nullo modo aliquod discrimen sustineat ab his quos transiuerit: non ut etiam lucrum sibi per eos aliquod acquirat: cum et antiqua regula²¹ [juris] quae definit²² deteriorum conditionem per servum domino nullo modo fieri, tunc locum habeat, cum dominus de danno²³ periclitetur, non cum sibi lucrum per servum acquiri desiderat. Salva videlicet in hoc casu domino rei, vel ei, qui ad eam detinendum prefatas transmiserit personas, adversus eas omni actione, (si qua ex legibus ei competit) servata.

^{9.} L. 1, 2 19. D. h. t. — 10. L. ult. inf. unde vi. — 11. 2 11. Inst. de usucap. — 12. d. L. ult. inf. unde vi; L. 2, supr. h. t. — 13. L. 1, supr. per qua personae nobis adquir. ; L. 1, supr. h. t. — 14. *Imm. vide* L. 12, 2 1. D. cod. — 15. L. 2, supr. de rei vindic. ; L. 1, in fin. D. de adquis. rer. domin. — 16. L. 5, D. h. t. — 17. L. 26, supr. de rei vindic. ; L. 2, in fin. ; L. 1, ult. inf. de prescript. longi temp. — 18. L. 2, 2 1. D. de usurpat. et usucap. — 19. L. 4, 2 15. D. de usucap. ; fac. L. 24. D. de verb. signif. — 20. *Confer* L. 5, 2 1. D. h. t. ; L. 5, D. de dolo malo ; L. 5, in fin. inf. unde vi; L. 1, inf. si per vim; L. ult. 2 5, inf. de delatorib. ; L. 153, D. de erg. Jor. — 21. d. L. 153. — 22. L. 27, 2 1. D. ad SC. Velle.

DE PRÆSCRIPTIONE LONGI TEMPORIS DECEM¹, VEL VIGINTI ANNORUM.

1. *Imp. SEVERUS et ANTONIUS AA. Julianus P. P.*

Cum post molam et omissam questionem res ad novam dominia bona fide transierint, et exinde novi viginti anni intercesserint² sine interpellatione, non est inquietanda, que nunc possidet, persona: que sicut accessione prioris domini non uititur, qui est inquietatus: ita nec impedienda est, quod ei mota controversia sit. Quod si prior possessor inquietatus est: elsi postea per longum tempus sine aliqua interpellatione in possessione remansit, tamen non potest uti longi temporis præscriptione, quod etiam in republica servari oportet.

In AUTHENT. ut spons. larg. § Rursus, col. 9, tit. 2, Novell. 119, cap. 7.

Mal³ fidei possessorie alienante, cessat longi temporis præscriptio, si verus dominus ignoret suum jus, et alienationem factam: spectatur ergo triginta annorum defensio. Si vero is, qui putabat easdem res sibi competere, hoc agnoscent inra decem annos inter præsentes, et viginti inter absentes item non fuerit contestatus: possessor præscriptione munius, firmiter eas habebit.

In AUTHENT. ut spons. larg. § De præscriptione, col. 9, tit. 2, Novell. 119, cap. 8.

Quod si quis quibusdam annis præsens sit, quibusdam absens, adjiciuntur ei super decennium tot anni quot annis ex decennio fuit absens.

2. *Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA.*

Longi temporis præscriptio his, qui bona⁴ fide acceptam possessionem, et continuatam⁵, nec interruptam inquietudine litis⁶ tenerunt, solet patrociniari. — P. P. 5 kal. decemb. MAXIMO & AQUILINO Cons. 286.

3. *Idem*, AA. et CC. Antonio.

Si vinea, quas mater tua vitrico tuo in donem dedit, qua proprietatis sunt, nec⁷ illa præscriptio ex transacti temporis prolixitate adoevit: præses provincie restituti tibi eas efficiet.

4. *Idem*, AA. et CC. Hermogeni.

Diutina possessio tantum iure successio⁸ sine justo titulo obtenta, prodesse ad præscriptionem hac sola ratione non potest. — P. P. Sirmii, 4 idib. april. AA. Cons.

5. *Idem*, AA. et CC. Soterico.

Nec petentem dominum ab eo, cui petentis solus error causam possessionis sine vero titulo præstabilit, silentii longi temporis præscriptione repellit, juris evidentissimi est. — Sirmii, 2 kal. Maji, AA. Cons.

6. Pars ex Epistola corundem AA. et CC. ad Primosum praesidem Syrie.

Si fraude, et dolo (licet inter maiores vigintiquinque annis) facta venditio est, hanc confirmari⁹ non potuit consequens tempus, cum longi temporis præscriptio in male fidei contractibus locum non habeat.

7. *Idem*, AA. et CC. Antee.

Longi temporis possessione munitis instrumentorum amissio¹⁰ nihil juris auserit: nec diuturnitate possessionis partam securitatem maleficum alterius turbare potest. — Dat. prid. kal. Januar. AA. Cons.

8. *Idem*, AA. et CC. Celso.

Si is, contra quem supplicas, matris tuae quandam mancipia quasi filius ex causa tantum adoptionis¹¹ defendit: affectio destinate, ac illicit¹² adoptionis ad horum dominium ei querendam sola non sufficit. Quapropter mancipia petere non prohiberi: nullam timens [temporis] præscriptionem: si hoc tantum initio precedente is, contra quem supplicas, horum possessionem adeptus est.

9. *Idem*, AA. et CC. Demostheni.

Emptor bona fide contra præsentem¹³ decennium præscriptione, [in] eu- ius initio contestationem haberi sufficit, posteaquam suam impleverit intentionem petitor, adhibita probatione justæ possessionis defensus, ab solvi recte postulat.

TIT. XXXIII. — 1. pr. Inst. de usucap. : N. 119, c. 7. — 2. L. un. supr. de usucap. trans. — 3. N. 119, c. 7. — 4. L. 27. D. de contrah. empt. — 5. L. 5. D. de usucap. et usucap. — 6. L. 1, supr. h. t. ; L. 10, supr. tit. prox. — 7. L. 4, supr. de rei vindic. ; L. 2, L. 5, supr. de reb. alien. non alien. ; L. 4, supr. de usucap. pro emptore. — 8. L. 4, supr. de usucap. pro herede. — 9. L. 1, supr. de rescind. vendit. — 10. L. 1, 6. L. 8, L. 10, supr. de filie instrument. L. 1, inf. in quib[us] eas cessat longi temp. præscript. — 11. L. 10, supr. de suis et leg. liber. — 12. Vide tamen L. 5, inf. ; 2 10, Inst. de adopt. — 13. pr. Inst. de usucap. ; L. un. supr. de usucap. trans. — 14. L. 2, supr. h. t. — 15. L. 10, supr. tit. prox. — 16. L. 26, in fin. supr. de rei vindic. — 17. L. 26, D. de adquir. vel amitt. posses. — 18. L. 2, 2 so. D. pro emptore. — 19. L. 14, L. 15. D. de divers. temporal. præscript. — 20. *Fac* L. 1, supr. de contrah. empt. ; L. 15, supr. de rescind. vendit. — 21. *Excip.* N. 119, c. 7.

Tr. XXXIV. — 1. Lib. un. supr. de usucap. trans. : L. 1, supr. commun. de usucap. — 2. L. 1, inf. de prescript. 3 vel 40 annos. — 2. L. 7, supr. tit. prox. — 3. *Imm. vide* L. 5, D. de divers. temporal. præscript. — 4. L. 1, 2 1, vers. 40 annos. — 5. Vide enim L. 10, supr. de prescript. longi temp. — 5. Vide tamen L. 5, vers. ult. inf. de prescript. 30 vel 40 annos. — 6. *Addit.* L. penult. D. de captiv. et postlim. — 7. L. 1, 2 1, inf. de annali except. — 8. L. 3, L. 6, supr. h. t. — 9. L. ult. supr. de prescript. longi temp.

10. *Idem*, AA. et CC. Rhegino.

Nec bona fide possessionem adeptis longi temporis præscriptio post moram litis contestata completa proficit¹⁴: cum post¹⁵ molam controversiam in præteritum¹⁶ aestimetur. — Dat. id. decemb. CC. Cons.

11. *Imp. JUSTINIANUS A. Menna P. P.*

Super longi temporis præscriptione, que ex decem, vel viginti annis introductur, perspicuo iure sancimus, ut sive ex donatione, sive ex alia lucrativa¹⁷ causa bona fide quis per decem, vel viginti annos rem detinuisse probetur, adjecto [scilicet] tempore¹⁸ etiam prioris¹⁹ possessoris: memorata longi temporis exceptio sine dubio ei complebat, nec occasione lucrativa cause repellatur. — Dat. kal. Jul. DN. JUSTIN. P. P. A. Cons. 528.

12. *Idem*, A. Joanni P. P.

Cum in longi temporis præscriptione tres emergeant veteribus ambiguities: prima, propter res, ubi positae sunt: secunda, propter personas, sive utriusque sive alterutrius presentiam exigimus: et tertia, si in eadem provincia, vel in eadem civitate debent esse persona tam petentis, quam possidentis, et res, pro quibus certatur: omnes [eas] presentis legis amplectum definitio, ut nihil citra eam relinquitur. Sancimus itaque debere in hujusmodi specie, utriusque personae, tam petentis, quam possidentis spectari domicilium: ut tam is qui dominii vel hypothecæ questionem inducit, quam is qui res possidet, domicilium habeat in uno loco, id est, in una provincia: hoc etenim magis nobis eligendum videtur: ut non [in] civitate conciliatur domicilium, sed magis provincia: et si utriusque domicilium in eadem habeat provincia, causam inter presentes esse videri, et decennii [magis] præscriptione agentem excludi. De rebus autem de quibus dubitatio est, nulla erit differentia, sive in eadem provincia sint, sive in vicinia, vel trans mare posita, vel longo spatio separata. Sin autem non in eadem provincia utriusque domicilium habeat, sed alter in alia, alias in altera: tunc ut inter absentes causam discepit, et locum esse viginti annorum exceptioni. Nihil enim prohibit sive in eadem provincia res constituta sint, sive in alia, super his controversiam in iudicio provinciali moveri, et multo magis in hac florentissima civitate. Quid enim prodest in ipsa provincia esse possessionem, an in alia: cum jus vindicationis incorporale est, et ubique que²⁰ res posse sunt, et dominum earum, et vinculum ad dominum, vel creditorem possit reverti? Ideo enim nostri majores subtilissimo animo, et divino quadam motu ad actions, et eam jura pervenerunt, ut incorporales constituta possint ubicunque jus suum et effectum corporalem extendere. Sit igitur secundum hanc definitionem causa perfectissime composita, et nemo posthac dubitet, neque inter presentes, neque inter absentes, quid statuendum sit: ut bono initio possessionem tenentis, et utriusque partiis domicilio requisito sit expedita quæstio pro rebus ubicunque possitis: nulla²¹ scientia, vel ignorantia expectanda, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio. Eodem observando, et si res non soli sint, sed incorporales, que in jure consistunt, veluti ususfructus, et ceteræ servitutes.

TIT. XXXV.

QUIBUS NON OBJICITUR LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIO.

1. *Imp. ALEXANDER A. Venulejo.*

Tempus expeditionis¹ adversus petitiones, si quæ competitesse justæ probari possunt, præscriptionem non parit. — 6 non. Jul. JULIANO et CRISPINO Cons. 228.

2. *Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Aurelio [archiatro].*

Cum per absentiam tuam eos, de quibus quereris, in res juris sui irruisse adseveres, teque ob medendi curam a comitatu nostro discedere non posse pal. mi. sit, prefectus prætorio noster accessit his, quos causa contingit, inter vos cognoscet. Non necessario autem petis ex longi temporis diuturnitate præscriptionem tibi non opponi, quando justæ absentia ratio, et necessitatibus publicis obsequium ab hujusmodi præjudicio defenda. — P. P. 18 kal. Mart. *Nicomediae*, MAX. 2 et AQUIL. Cons. 286.

3. *Idem*, AA. et CC. Numidio correctori Italiae.

Non² est incognitum, id temporis, quod in minore etate transmissum est, longi temporis præscriptione non imputari: ea enim tunc currere incipi³, quando ad maiorem etatem dominus rei pervenerit. — P. P. 4 id. septemb. iphis 4 et 5 AA. Cons. 290.

4. *Idem*, AA. et CC. Crispino.

Si possessio inconcussa sine controversia⁴ perseveravit: firmitatem sicut teneat objecta præscriptio, quam contra absentes, vel rei publice causa, vel maxime fortuito casu, nequaquam valere, decernimus. — P. P. 6 kalend. Mart. *ANNIBALIANO* et *ASCLEPIOIDOT* Cons. 292.

5. *Idem*, AA. et CC. Januario.

Neque mutui, neque commodati, aut depositi, seu legati, vel fidei-commissi, vel tuteli, seu ali cuilibet personali⁵ actioni longi temporis præscriptionem objici posse certi juris est. — S. kal. februar. AA. Cons.

6.